

gatum. Ergo, ne ultra talis a nobis licentia usurpetur, communi sententia statuendum oportuit scientes, quia sicut presbytero VEL CHOREPISCOPO^e illicita consecratio est altaris, ita et constitutio. In^f divinis enim litteris praecipiente domino solus Moyses in tabernaculo^g dei^{fg} erexit altare^h, solusⁱ ipse unxit, utique quia summus sacerdos dei erat, sicut scriptum est de eo: Moyses et^j Aaron in sacerdotibus eius. Ideoque id, quod tantum facere principibus sacerdotum iussum est, quorum tipum Moyses et Aaron tenuerunt, presbyteri, qui filiorum Aaron gestant figuram, arripere non praesumant. Nam, quamvis cum episcopis plurima illis misteriorum communis sit dispensatio^k, quaedam tamen auctoritate veteris legis, quaedam novellis et ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint, sicut^l presbyterorum et diaconorum^l ac virginum consecratio, sicut constitutio altaris, benedictio vel unctio; siquidem nec BENEDICere^{m52} eis^m ecclesiam vel altaria consecrare, nec per inpositionemⁿ manus fidelibus baptizandis vel conversis ex heresi⁵³ paraclitum spiritum tradere, nec crisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontem signare, sed nec publice quidem in missa quemquam paenitentem⁵⁴ reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Haec enim omnia inlicita esse presbyteris VEL CHOREPISCOPIs, quia pontificatus apicem^o non habent, quod^p solis deberi^q episcopis auctoritate canonum praecipitur, ut per hoc et discretio gradum^r et dignitatis fastigium summi pontificis demonstretur. Sed neque coram episcopo licere EIS⁵⁵ in baptisterium introire, nec praesente antestite infantem tinguere aut^s signare, nec penitentem⁵⁶ sine praecepto episcopi sui reconciliare, nec eo praesente sacramentum corporis et sanguinis Christi conficere, nec eo coram posito populum docere^t vel

e) over eras. O. f-f) om. V. g) tabernaculis domino O. h) aaron added after in margin V. i) added in margin V. j) added over the line Et. k) corr. from *dispentatio* O. l-l) in margin: *Solis episcopis haec competunt* Et. m) corr. from ? O. n) *impositiones* V O. o) corr. from ? O. p) *quae* Et. q) *debere* O. r) sic V O (also Wien 411), *graduum* Et. s) *vel* Et. t-t) *benedicere vel docere* Et.

52) *benedicere* is a Pseudo-Isidorian emendation, presumably from *legere* as in Wien 411; the correct reading here is *licere*, as in GONZÁLEZ, *Collectio Canonum* (as n. 43) p. 643a. See also just below, p. 499.

53) Compare *heresibus* in *ibid.*, and *heresim* in Wien 411.

54) Another minor Pseudo-Isidorian adjustment; González and Wien 411 both have *p(o)enitentium*.

55) Pseudo-Isidore's interpolated *eis* replaces *presbyteris*, attested by both González and Wien 411.

56) González and Wien 411: *poenitentes*.